Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ſcetis nos iuſtos ſitis Discedite a me omnes op̃ãtes
iniquitatis Ibi erit fletus et stridor dentiũ: cũ
videritis abraham et ysaac et iacob: et omnes
prophetas in regno dei: vos autem expelli foras Et
venient ab oriente et occidente: et aquilone et
austro: et accumbent in regno dei Et ecce sunt
novissimi qui erunt primi et sunt primi qui
erunt novissimi Dominica xviij. Introitus
Protector noster aspice deus et respice in faciem xpi
tui quia melior est dies vna in atriis tuis super
milia ps Quam dilecta tabernacula tua dne
virtutum concupiscit et deficit anima mea in atria domini
Custodi quesumus dne ecclam tuam pia
dno
catione perpetua: et quia sine te labitur humana
mortalitas tuis semp auxiliis et abstrahat
a noxiis: et ad salutaria dirigatur Ad Gala
tas Spiritu ambulate et desideria car
nis non perficietis Caro enim concupiscit adver
sus spiritum: spiritus autem adversus carnem Hec enim
sibi invicem adversantur: ut non quecumq
vultis illa faciatis Quod si spiritu ducimini non estis
sub lege Manifesta autem sunt opa carnis: que
sunt: fornicatio. immundicia: luxuria: ydolo
rum seruitus: venefica. inimicitie: contentiones: emu
lationes. ire. rixe. dissensiones. secte. invidie.
homicidia. ebrietates. comessationes. et
his similia: que predico vobis sicut predixi.
quoniam qui talia agunt regnum dei non consequent
fructus autem spiritus est: caritas. gaudium.
pax. patientia. longanimitas: bonitas. benig
nitas. mansuetudo: fides. modestia: continentia